Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



PARA

milia septingentos. Ylicos rob
dem. Creuit ergo Josaphat. Mag
nificatus ē usq; in sublime. atq;
edificauit domos in iuda ad in
star turrium. urbesq; munitas. et
multa opa fecit in urbib; iuda.
Iri quoq; bellatores. robustiq;
erant in iherusalem. quorum iste est nus
p domos atq; familias singlorum.
In iuda princeps exercitus. ednas dux.
cum eo robustissimi viri. ccc. c.
milia. Post hunc iohannan pn
ceps. cum eo. cc. lxxx. milia. Post
istum quoq; amasias filius ze
chri. ascratus ē domino. cum eo
cc. milia virorum fortium. Hunc se
quebatur robustus ad pelia eliada.
cum eo tendentium arcum. et clypeum.
cc. milia. Post istum etiam
iozadab. cum eo centum. lxxx.
milia expeditorum militum. Hi omes
erant ad manum regis. exceptis
alijs quos posuerat in urbib; mu
ratis. in universo iuda. XIX.

Sunt q; Josaphat dues. in
clytus multi. affinitate
iunctus ē achab. descendit
post annos ad eum in samariam.
Ad quem ad uentum mactauit
achab arietes. et bones plurimos.
et pplo qui cum eo uenerat persuas.
ut ascenderet in ramoth galaad. et
Dixitq; achab rex israel. ad Josaphat
regem iuda. Iuem mecum in ra
moth galaad. Cui ille respondit.
Ut ego. et tu. sicut pplus tuus. sic
et pplus meus. tecum erimus in bel
lo. Dixitq; Josaphat ad regem
israel. Consule obsecro in presentia
sermonem domini. Congregauitq;
rex israel. prophetas. cccc. uiros. et dixit
ad eos. Iri ramoth galaad. ad bel
landum ne debemus. an quiescam.
At illi. Ascende in quoniam. et tradet eam
dominus in manu regis. Dixitq;
Josaphat. Numq; non est hic propheta
domini. ut ab illo etiam requiramus.
et ait rex israel. ad Josaphat. Est uir
unus a quo possumus querere dñm
voluntatem. ego odi eum. quia non
prophetat mihi bonum. sed malum oi
bus. est autem michaias filius iebla.
Dixitq; ei Josaphat. Ne loquatur
rex hoc. Vocauit q; rex israel
unum de eunuchis. et dixit ei. Voca
cito michaiam filium iebla. Porro
rex israel. et Josaphat. rex iuda.
uterq; sedebat in solio suo. uestiti
cultu regio. sedebant autem in area.
iuxta portam samarie. omesq; prophe
tabant coram eis. Sedechias
uero filius chanaanee. fecit sibi cor
nua ferrea. et ait. Hec dicit dñs.
Hijs ventilabis syriam. donec con
teras eam omnes q; prophete similiter
prophetabant. atq; dicebant. Ascen
de in ramoth galaad. et prosperabis.
et tradet eam dominus in manu
regis. Nuntius autem qui erat ad
uocandum michaiam. ait illi. En
ecce omnium prophetarum uno ore bona
regi annuntiant. quesso ergo te
ut sermo tuus aptus non dissentiat
a cæteris prophetis. Cui respondit michaias.
Viuit dominus. quicquid dixerit
mihi deus meus. hoc loquar. Venit
q; ad regem. Cui rex ait. Michaia
ire debemus in ramoth galaad. ad bellandum an quiescere. Cui
ille respondit. Ascendite. Cuncta enim
prospere euenient. et tradentur hostes
in manus uestras. Dixitq; rex. Iam
atq; iam adiuro te. ut non mihi
loquaris. nisi quod uerum est in nomine
domini. At ille ait. Vidi uniuersum
israel dispersum in montibus. sicut
oues absque pastore. et dixit dñs.
non habent isti dños. reuertantur unus
quisq; in domum suam in pace.
et ait rex israel ad Josaphat. Nonne
dixi tibi quod non prophetaret iste mihi
quicquam bonum. sed ea que mala sunt. At